



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 7. Canones de Hierarchia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. Symbolum Nicænum simpliciter dicitur  
A. C. 381. *Credimus etiam in Spiritum S. & de Ec-*  
*clesia nihil erat additum. Symbolum*  
*Constantinopolitanum hæc habet: Cre-*  
*dimus etiam in Spiritum Sanctum, Dom-*  
*num, & vivificantem, qui a Patre pro-*  
*cedit, qui simul adoratur, & conglorifi-*  
*catur cum Patre, & Filio, qui per Prophe-*  
*tas locutus est. Credimus in unam Ecclē-*  
*siam Sanctam, & Apostolicam. Confite-*  
*mur unum Baptisma in remissionem pecc-*  
*torum. Exspectamus Resurrectionem mor-*  
*tuorum, & vitam venturi Sæculi, Amen.*  
 Reliqua Symboli Constantinopolitani, scilicet initio posita, plene Symbolo Nicæno conformia sunt. Cæterum hoc Symbolum Constantinopolitanum illud ipsum est, quod in Missa recitamus.

## §. VII.

*Canones de Hierarchia.*

*c. 2. p. 947.* Quantum attinet ad Disciplinam, Concilium Constantinopolitanum prohibet, ne Episcopi Ecclesias, extra suam Diœcesin positas, adeant, aut earum limites confundant. At secundum Canones Episcopus Alexandrinus solam Ægyptum regat; Episcopi Orientis solum Orientem; & Ecclesiæ Antiochiæ privilegia, in Canonibus Nicænis concessa, servaverunt. Episcopi Diœcesis Asiæ soli Asiæ præerunt. Episcopi in Ponto, soli Ponto;



to; qui in Thracia soli Thraciæ. Episco- Sæculum IV.  
 pi suis Diœcesibus non exhibunt, nisi ad A. C. 381.  
 Electiones, aut alia negotia Ecclesiastica  
 vocentur; quæ in singulis Provinciis  
 componenda, convocato Concilio Pro-  
 vinciali juxta Canones Nicænos defini-  
 antur. Ecclesiæ inter Barbaras Nationes *Can. Nic.*  
 juxta consuetudinem Patrum tempore <sup>4. 5.</sup>  
 receptam regantur. Talis est secundus  
 Canon Concilii Constantinopolitani. Hic *vid. Thoma-*  
 Diœcesin appello, quod Græci nominant *sin. Discipl.*  
*part. 1. lib. 1.*  
*διοικησις*, eratque vastum Regimen, com- *c. 4. n. 12.*  
 plectens plures Provincias, in quibus sin-  
 gulis erat Metropolis. Nam quod ho-  
 die Gallice dicimus *Diocese*, nempe unius  
 Civitatis ditio, uni Episcopo subjecta, id  
 tunc *παγονία* dicebatur, id est, vicinia,  
 unde nostrum vocabulum francicum *Pa-*  
*roisse* ortum est. Provinciam dico, quod  
 Græci vocabant *Eparchia*, eratque mi-  
 noris, quam Diœcesis, amplitudinis. (\*)  
 Hujus

(\*) Hier hat unser Protestant eine Anmerkung  
 angefüget, in welcher er also anhebet: Es ist ei-  
 ne unlaugbare Sache, daß die in der Hierarchia  
 und Kirchen-Regiment vorgefallene Verän-  
 derung erst im vierten Jahrhundert entstan-  
 den sey &c. Es ist zwar wahr, daß zur Zeit, als  
 der Heil. Paulus zum Kayser appelliret, und in der  
 nächst darauf folgenden eine vollkommene Einrich-  
 tung in dem Kirchen-Regiment nicht möglich war;  
*Hist. Eccles. Tom. IV. S s Nichts*



Sæculum IV. Hujus Canonis condendi causa fuit, quod  
A. C. 381. sub Valentis persecutione quidam Episcopi

*Socr. V. c. 8.*

in negotia Ecclesiastica aliarum Provinciarum utiliter se ingessissent, sicut Eusebius Samosatenus, qui etiam Episcopos ordinaverat; nolebant autem Concilii Patres, ut ejusmodi exemplorum auctoritate alii eadem molirentur. In hoc Canone conspicitur totius Hierarchiæ in Ecclesia Orientali œconomia. Primo ponuntur

Nichts destoweniger ist es richtig, daß diejenigen Bischöffe, welche unmittelbar von den Aposteln eingesetzt, oder gesandt worden, in einem größern Ansehen gestanden. Also war dieses schon ein Anfang der Hierarchia unter den Bischöffen; nicht zu melden von dem sonderlichen Gewalt, welchen Jesus Christus dem Heil. Petrus mitgetheilt.

Hernach saget er: Dem sey aber wie ihm wolle, so hat der Erfolg gelehret, daß der Kirchen-Staat nach diesem Politischen Staat eingerichtet worden. 2c. Nein, mein Uebersetzer! die Einrichtung des Politischen Staats ist nicht so platter dinges die Richtschnur gewesen, nach welcher man das Kirchen-Regiment bestellet. Wenn man die Unmassung der Patriarchen zu Constantinopel ausnimmt, welcher die Römische Kirche allezeit widersprochen, so hat die Hoheit d. r. über einen andern Grund als die Politische Einteilung. Die vornehmsten Stühle waren unterschiedig zu Rom, zu Alexandria, zu Antiochia, zu Jerusalem, zu Ephesus. Nun zu Rom ist der Heil. Petrus als Statthalter Christi gesehen. Zu Alexandria



ponuntur duo Patriarchæ, quo nomine <sup>Sæculum IV.</sup>  
 posteriori tempore appellati fuere, nempe <sup>A. C. 381.</sup>  
 Alexandrinus, & Antiochenus, quo-  
 rum jura erant maxime diversa. <sup>vid. Thoma-</sup> Epis-  
 copus Alexandrinus omnibus Ecclesiis <sup>fin. Discipl.</sup>  
 Egypti, comprehensis Ecclesiis Lybiæ, <sup>part. I. lib. I.</sup>  
 & Pentapolis, præerat. Sed Episcopus <sup>c. 3.</sup>  
 Antiochenus quibusdam Privilegiis gau- <sup>Can. Nic. 6.</sup>  
 debat, & Regimen Ecclesiasticum Dicc-  
 cesis Orientalis, cujus Caput erat Antio-  
 chia,

S s 2

xandria der Heil. Marcus. Zu Antiochia der Heil.  
 Petrus. Zu Jerusalem der Heil. Jacobus. Und zu  
 Ephesus der Heil. Joannes. Alle diese Kirchen  
 sind unmittelbar von den Heil. Aposteln gestiftet;  
 das ist der Grund, auf welchem die geistliche Hierar-  
 chia gebauet worden, und was nachher geschehen,  
 war keine Veränderung, sondern nur eine nähere  
 Bestimmung. Nun aber, wenn gleich zu Anfang  
 der Kirchenfreyheit unter dem Kayser Constantin  
 die geistliche Hierarchia, Ordnung, Eintheilung der  
 Erzbisthümer, der Patriarchat, und die Abhän-  
 gigkeit der Bischöffe in der ganzen Welt unter einem  
 Oberhaupt entstanden ist, so ist es ein unsehlbares  
 Zeichen, daß diese Kirche die allgemeine, und die  
 wahre sey; hingegen weil in denen Kirchen, wel-  
 che sich nach der Zeit von der Römisch-Catholischen  
 abgesondert, dergleichen auch heut alle Protestan-  
 tische sind, dieses Band der Ordnung, Einträch-  
 tigkeit, Abhängigkeit, und Einigkeit nicht zu fin-  
 den ist, sind sie nur Winkel-Kirchen, und kann kei-  
 ne die allgemeine genennet werden. Ferner heisset  
 es in der Anmerkung: Es ist übrigens bey dieser  
 neuen



Saeculum IV.  
A. C. 381.

chia, generatim Episcopis Orientis tribuitur, quos inter plures Metropolitanum numerabantur. Episcopi Primates aliarum trium, & vastarum Diocesium Asiae, Pontii, & Thraciae sequenti tempore Exarchatum titulum acceperunt. Asiae Primas erat Episcopus Ephesinus, in Ponto Episcopus Caesariensis in Cappadocia, Thraciae Primas haecenus Episcopus Heracleensis fuerat, cujus auctoritatem jam ex tunc nascentis Sedis Constantinopolitanae splendor opprimebat.

Coeterum in his omnibus Concilium Constantinopolitanum, sicut antea Nicaenum, nihil novi statuere intendebat,

neuen Einrichtung dergestalt menschlich zugegangen, daß man sich darüber wundern muß, wie einige gelehrte Papisten die Verdächtigungs über sich nehmen können, daß diese kirchliche Verfassung von Christo, und seinen Aposteln herrühre. Es hat aber auch ein gelehrtes Mitglied der Römischen Kirche die *Pia* mit unbeantwortlichen Gründen das Gegentheil dargethan zc. Daß diese eine Metropolitan-Kirche, eine andre ein Patriarchat, ein Erzbisthum, oder ein gemeines Bisthum geworden ist freylich keine Einsetzung Christi; allein die Hierarchie überhaupt, und die Abhängigkeit aller Bischöfe in der Welt von dem Römischen Pabste hat in den Worten Jesu Christi: *Pasce oves meas.* Joan. 21. und andern mehr ihren Grund, welchen bis auf diese Stund kein Protestant hat umstossen können.



sed solum antiquas consuetudines confir-<sup>Sæculum IV.</sup>  
mare. Easdem quoque confirmat in Re- A. C. 381.  
gionibus Barbarorum, nempe ultra Ro-  
mani Imperii limites sitis, nam locorum,  
morumque hominum illorum ratio ha-  
benda erat. Ita Scythis ad Danubii ostia  
habitantibus, unius erat Episcopus, forte <sup>Soz. VI.</sup>  
quod adhucdum errantes, nullibi fixam <sup>c. 21.</sup>  
sedem elegissent. Apud Gothos quoque <sup>Sup. XVI.</sup>  
uno plures Episcopos non invenimus. <sup>g. 13.</sup>  
Totus Ecclesiasticæ Hierarchiæ ordo an-  
tiqua traditione definitus, confirmatus-  
que erat. Isto Canone dum Conciliis Pro-  
vincialibus integra in causis Ecclesiasticis  
auctoritas tribuitur, Patres facultatem ad  
Papam appellandi, a Concilio Sardicensi <sup>Conc. Sar-</sup>  
concessam, videntur retractare, & ad jus <sup>dic. c. 3. 45.</sup>  
antiquum redire. (\*) Hoc quoque in <sup>Sup. I. XII.</sup>  
Concilio Constantinopolitano statutum, <sup>g. 39. c. 3.</sup>  
ut Episcopus Constantinopolitanus præ- <sup>Socr. V. c. 8.</sup>  
rogativa honoris gauderet, nulli nisi Epis- <sup>c. 9.</sup>  
copo Romano secundus, eo quod Con-  
stantinopolis nova Roma esset. Inter  
omnes hujus Concilii Canones iste est ce-  
leber-

S s 3

(\*) Nempe salvo jure Primatus a Jesu Chri-  
sto concessi. Ad hunc Fleurii locum Anony-  
mus I. apposite dicit: *Hic Canon occasione Ma-  
ximi Cynici in Episcopum Constantinopolita-  
num consecrati ab Episcopis, qui ex Ægypto ve-  
nerant, nec de Appellatione, nec de Judiciis  
agit; sed hujusmodi molitionibus in futurum  
viam obstruit.*



Sæculum IV. leberrimus; sive autem Episcopo Constantinopolitano novus honor obtigerit, A. C. 381. sive jam antea jus possessionis habuerit, gravissima fuerunt, quæ inde secuta sunt, brevique hæc simplex Dignitas in amplissimam jurisdictionem excrevit. (\*)

## §. VIII.

*Alii Canones.*

*Can. 6.* **U**t tolleretur occasio facillime Episcopos calumniandi, statuit Concilium, ne liceret omnibus sine discrimine Episcopum accusare. Si causa sit particularis, & Personalis, tunc quidem nec accusatoris conditio, nec Religio ei nocebit, quia cuique jus suum tribuendum. Si causa sit Ecclesiastica, nec Hæreticus, aut Schismaticus, nec Laicus excommunicatus, nec Clericus depositus contra Episcopum in judicio stare poterit. Si quis ipse reus stet in judicio, Episcopum, aut Clericum accusare non poterit, antequam se ipsum plene

(\*) Hic R. P. Balduinus objicit: Dominus Fleurius nullam mentionem facit de Concilii Romani Decreto Ecclesie Romanæ favente, quod Patriarchatui Constantinopolitano opponitur. Sæpissime refert Fleurius, Summos Pontifices illi Canoni Concilii Constantinopolitani, qui illius urbis Episcopo secundum post Episcopum Romanum locum, & Jurisdictionem in alios Orientis Episcopos tribuebat, omni conatu obstitisse. Ergo nulla hic malæ fidei umbra.